

# TAUTOLOGIA QUARTA.

Disfrumpens scindam Regnum tuum. 3. Reg. II. v. II.

## EXPOSITIO LITERÆ.



**I**RAGILIS & instabilis prorsum conditio humana, mediocritati inopertenti boni fugax, quippe omnis homo in proposito mendax. Nunquam in eodem statu permanet & mutatur in horas. Edificium fragile dum splendet, evanescens dum apparet, aëre levior, Proteo & velocius mutabilior.

Concussit cervice iudas leo factus, & inde  
Fit draco terribilis, modò sus, modò pardalis ingens;  
Altitoma aut arbor, nunc frigida desult unda:  
Nunc ignis crepitat.

Protei conditio.

Homer.

Sic vertit Homerom Natalis Comes, 8. Mytholog. cap. 8. Invenies nunquam eundem (inquit Seneca Epist. 120.) nec similem quidem sibi. Adè in adversum aberrat. Nemo non quotidiè & consilium mutat & votum. Modò regnare vult, modò id agit, ne quis officiosus sit servus. Modò dilatat se usque ad invidiam; modò subsidit & contrahitur infra humilitatem vel lacertium. Nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maxime cogitavit animus imprudens: alius prodit, atque alius & (quod turpius) impar sibi est. Magnam rem puta unum hominem agere. Præter sapientem autem nemo unum agit: ceteri multiformes sumas. Modò frugi tibi videbimur & graves; modò prodigi & vani: mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus quam eximus. Apprime Ovid. 14. Metamorph. fab. 16.

Ovid.

Cæcæ videns

Sapiens erat Salomon, & alius à se, à sapientia descivit. O miseram hominum mentes! O pectora cæca!

Alc. Avit.

O si compunctas humana superbia mentes  
Ante obitum mutare, nec expectare suprema  
Fata velit! Quanto infelix felicior esset?

Greg. Mag.

Accinit Aleimus Avit. lib. 5. v. 691. Gregoriusque Magn. lib. 2. in Job. cap. 13. Salomon immoderato usu atque assiduitate mulierum, ad hoc perductus est, ut templum Idolis fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam per fidie substractus, idolis construere templa non timuit: sicque factum est, ut ab assidua carnis petulantia, usque ad mentis perfidiam perveniret. Vicit enim famam flagitiosis & ad ruinam iniquitatibus, qui prius vicerat pretiosissimis virtutibus. In qua proiectus, tota Ecclesiastes proponit: sub dubio, an penitens dixerit.

Felicitas in fœdiosa.

Senec.

Voluptates oblectant.

Minime felices in Fortunæ volubili rota, quibus cuncta fortunata. Salomon utique si felicior non fuisset, felicior esset. In qua non impellit voluptas, felici effreni concupiscentia, & auctorata vitia? Qui voluptatem sequitur (inquit Senec. de Vit. beat. cap. 13.) videtur enervis, fractus, degenerans vitæ, perconturans in turpia; nisi aliquis distinguat illi voluptates, ut sciat, quæ ex eis intra naturale desiderium stant, quæ in præceps ferantur, infinitæque sint, & quò magis implentur, eò magis inexplebiles. Agedum, virtus antecessat, tutum erit omne vestigium. Fallitur. Ita sapientia Salomonem antecessat; & stultissimus omnia victorum, quæ nec rudes, ignorabat. Haud revaluit ager animus, etsi antecessisset virtus: coactus enim turpi libidine, exultabat nimis miserâ captivitate: parvam liquidem Salomon arbitratu est in gloriam felicitatis infidelitatem dulciter concupiscentiam; nisi sapientiore perduceret usque in mentis perpicacissimam insaniam. Audiatur Georg. Buchanan. in Epigram.

## Tautolog. Quartæ.

Quis puer ales? Amor. Genitor quis? Blandus ocellus

Ar dor. Quo natus tempore? Vere novo.

Quis locus exceptus? Generosi pectoris aula.

Quæ nutrix? Primo flore iuventa decens.

Quo nutrit victus? Illecebris, vultuque modesto.

Qui comiter? Levitas, otia, luxus, opes.

Buchan.

Fœmina profectò confusio viri, & apostasia sapientia. Ni pareat; imperat, & insolentia; ut mutetur ex animo viri forma. Unde de perverbia illius amoris & turpitudine indignæ servitatis, dicitur Pomonæ (apud Ovid. lib. 14. Metam. fab. 16.) de amasio Vertumno:

Formasque aptè vertetur in omnes:

Et quod erit iussus (tubas licet omnia) fiet.

Ovid.

Summa planè turpitudine libertati rationalium, quòd vir sit uxor uxorum. Memorabile illud Euthymi de milicibus Corinthijs (ut refert Plutarch. in Timoleon.) in oratione ad Leontinos: Nihil timendum, si Corinthia mulieres exissent domo. Huiusce projectionis exemplum, seu propadium fuit Sardanapalus, de quo Iustin. lib. 1. Vir fuit (inquit) muliere corruptior. Ad hunc videndum præfectus ipsius. Medis præpositus, nomine Arbaces, cum admitti magnâ ambitione agrè obtinisset; invenit eum inter scortorum greges, purpuram colo nentem, & muliebri habitu (cum mollitia corporis, & oculorum lascivia omnes fœminas antiret) pensa inter virgines partientem. Quibus visis indignatus tali fœmine, negat se ei parere posse, qui fœminam malit esse, quàm virum. De Hercule Ovid. Epist. 9. à v. 55.

Vidi in Herculeo suspensa monilia collo

Illo, cui cœlam sarcina parva fuit.

Non puduit fortes auro cobibere lacertos;

Et solidis gemmas apposuisse toris.

Ausui est bifurcatis mitra redimere capillos

Quod tu non esse iure, vir illa fuit.

Non pudet Alcææ vitæricem mille laborum

Rasibus calathis imposuisse manum.

Crassaque robusto deducis pollice fila,

Æquaque formosa pensa rependit heræ.

Cœpisti metuis, quàm desinis: ultima primis

Cedunt: dissimiles hic vitæ & ille puer.

Plutarch.

Iustin.

Sardanapali molitibus & Herculi

Ovid.

Proiecta lauræ.

Haud invicè cuncta queunt retorqueri in Salomonem. Vide dicta, Tom. 4. T. 13. num. 4:

3. Perfidiam eius signat Gregorius, ut vidimus, idest, defecisse à fide; licet aliqui non seductum asserant, sed sicut Adamus primâ prævaricatione. 1. Tim. 2. 14. De utroque Augustin. 11. Civ. cap. 4. Non existimans virum faciliè credulum, nec errando posse decipi; sed dum alieno cedit errori. Nec Salomonem credibile est, errore posse idolis esse servendum; sed blanditijs fœmineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum. Non minori tribuendum malitia: etenim exterioris cultum simulacrorum indicabat, contra quæ clara

ratione & apodixi cognoverat. Alij astruunt infatuatum fuisse, & amisisse sapientiam: Basil. Epist. ad Chilon. Tertull. de Præscript. cap. 3. lib. 2. Advers. Marcion. cap. 22-3. 20. & 4. 9. Prosper. lib. 2. de Prædestinat. Sanctor. cap. 27. & Bernard. Epist. 129. Ioseph. 8. Antiq. cap. 2. primò non seductum asserit, sed post à fide defecisse. Ado (Instit) consuetudine fœminarum est captus; ut ritus earum imitaretur, quò magis illis hoc argu-

mento fidem amoris ac benevolentia faceret: atate deinde provecitior, mente iam paulatim senescente, magis etiam patria religionis oblitus, cultum Dei sui neglexit, & multorum exterarum ritibus assuevit. Claret, 3. Reg. 11. 9. ubi: Iratus est Dominus Salomoni, quòd aversa esset mens eius à Domino Deo Israël. Hebraei ut consequenter procedant, dicere debent: etenim si eius sapientia acquisita, vel infusa per Theomantiam, ut vidimus

Tautolog. 1. num. 20. nec vestigium quibat remanere sapientia, quæ à Dei pendebat peripicaci cognitione. Hac omninò vana, sed Rabbinii addunt vanissima: nimirum sapientiam concessam Salomoni (sicut Samsoni robur in capillo insecto, tanquam signo, ut tandè vires ingentes & peregrinæ naturæ singulariter vigerent, quandiu religionis Nazarearum illud insigne peristeret: de quo Abulen. in 13. Iudic. quæst. 23. & Serar. in cap. 16. quæst. 4.) ita ut in illo federet, quandiu à digito haud separaret pretiosum anulum, gratia ac spiritus Sapientia: exterius signum, quod quidem casu, aut cœlesti providentiâ infeliciter amittit. Naxæ & nuxæ: Lyre lyra, dicam cum Plauto in Pœnuli. Act. 1. scen. 1.

8. An infatuatus

Tom. VI.

Bb 2

Ioseph.

An infatuatus

v. 9.



v. 9. Fabulam nihilominus narro, etsi sint germanæ geræ, & effutia frivola; quoniam etiam tradita à Causino lib. 11. *Symbol.* 67. Tamayo in *Genes. Tom. 1. lib. 4. §. 1. num. 12.* & Pined. de *Reb. Salomon.* lib. 3. cap. 29. num. 7. qui subdit: *Salomonem aliquando ad balneum se preparantem, in Iordanis ripa, pellicum precibus annullum, quo alligatum videbatur habere sapientiam, digito exemisse: exemptum vero malo illarum dolo, & nibil minus, quam sapientem & sanam mentem Salomoni volentiam, coniectam in Iordanem: stupidam igitur & velut inertem Salomonem mansisse.* Affuit tunc etiam fortuna. Polycretis, etiam addunt nugatores, *Postea vero pisciatorum opera ex ventre extracti piscis, extracto annulo, & Salomoni restituito; restitutam quoque illi sapientiam fuisse.* Eginus de huiusmodi embolio, in *Ephemerid.* die 17. *Augusti.*

Pined. Annal. eius.

Ioseph.

Verf. 11.

Maluend.

Apostophisi & Embasiti.

Cicer.

Ovid.

3. Reg. 11.

Verf. 13.

Verf. 31.

An una vel duplex tribus in scissione regni essent Roboam? Ioseph.

Sanct.

4. Fatuus sanè idololatria mansit, non amissione annuli, sed verè ex gratia sapientia; aberrans à tramite salutiferæ doctrinæ; & ita fatuus ut perfliteret, vel à Deo monitus, sed peccato venundatus. *Idque bis in somnis monitus.* (subdit Ioseph. loc. cit.) *venit itaque ad illum Propbeta missus à Deo, dicens: Neque clam esse eius impietatem, neque diutius impunitam fore.* Demùm Nomen certio apparuit (ut placet Sanctio, hic *num. 20.*) illi facta obiciens & comminans: *Quia habuisti hos apud te. Pende: quid est hoc? Nec nominare audeat, quod corditus odit.* Emphaticè verbis imperfectis, interceptus ab ira, bileque commotus, quasi homo cordolio percussus, verba nec ordinat. Vividius in lectione Maluendæ: *Correspondentia, quod fuit istud tecum,* verba nec ordinat. Vividius in lectione Maluendæ: *Correspondentia, quod fuit istud tecum.* Quia si cognovissis & tu, & quidem in hac die. *Psal. 6. 4. Sed tu Domine usquequò.* Apud Profanos identidem huiusmodi expressio affectuum, quæ dicitur *Apostophisi*, vel *Emphasiti*, Cicero lib. 12. ad *Attic. Epist. 76. Quamquam mihi quidem, sed tenendus dolor est.* *Stacius 1. Achil. v. 68. Quos mihi Ovid. 4. Trist. Eleg. 3. v. 34. Non erit ut digna fores.* *Elegantissimè iterat, lib. 9. Metam. fab. 11.*

*Omnia Diis facerent, essent communia nobis, Præter avos: tunc vellem generosior esses. Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem, Hæi mihi, que malo sum quos tu sortita parentes. Somnia pondus habent. An habent & somnia pondus? Dij melius. Dij nempe suas habuere sorores.*

Cancta trunca, & formosiora; quippe suspensione plura signant, quam enunciant: fuscè quidem huiusmodi schema octavi, *Tom. 3. T. 12. à n. 17. & 5. T. 3. à n. 45.* Hac enim emphasi exprimit Deus vel quæ placent, uti in sacrificio Abrahæ; *Quia fecisti banc rem: apud te.* Inste enim: *& non custodisti pactum meum, & præcepta mea, que mandaui tibi: disrumpens scindam regnum tuum.* De manu filij tui scindam illud: nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo propter David servum meum.

5. Priusquam in expositionem Tautologia deveniamus; Antilogia obvia dissolvenda est. *Tribum unam dabo filio tuo:* dicitur. Significatum profectò, scilicet in duodecim scissuras pallio Ahiz coram Ieroboam, cui Propbeta dicit: *Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israël: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Porrò una tribus remanebit ei propter servum meum David. Nodus sanè implexus, glomeratumque filum. Si tribus unica domui David, undecim & non decem conferuntur Ieroboam: roboraturque ex cap. 12. v. 20. ubi: *Constituerunt eum Regem super Israël, nec secutus est quispiam domum David præter tribum Iuda solam.* Sola nequit intelligi, cum dedit Ieroboam decem tantum scissuras duodecim tribuum Israël. Ita tamen (inquit Ioseph. d.) *ut non universam regnum discederet, sed decem sola tribus servo ipsius cederent: relique dua penes nepotem Davidis remaneret:* quod quidem astruit ibid. v. 21. *Venit Roboam Ierusalem, & congregavit universam domum Iuda, & tribum Benjamin.* Idem, 2. *Paralip. 11. 1. ubi, v. 12. subditur: & imperavit super Iudam & Benjamin.* Unde si super Benjamin etiam, iam non sola tribus Iuda. Si sola, iam non decem scissuras, sed undecim: decemque tantum Ieroboam concessit. Quid ergo? Dodis. Sanctius (quem nonnunquam Magistrum, facemque in Scripturas colo, & iure; quippequam in hocce vellus aureum fulsit, fulget & fulgebis inclare Typhis) *Tribus Benjamin nullo iam habebatur in numero, & vixit Hebraeorum nomen amisit:* inquit hic num. 24. *Causa ex clade quam tribus acceperat post mortem Samsonis: quandoquidem ex illa non remanserunt nisi sexcenti viri.* *Iudic. 20. 47.* Non placet, venia tanti Doctoris, coniectura, & sine fulcro. Spatio quidem centum sexaginta-

triam annorum, multiplicata est, ut plus minusve possit æquare ceteras fraternas tribus. Pareat, ni fallor, præsentis articulo: etenim ex tribu Iuda & Benjamin, Roboam, ut cognovit fecerunt Israël à domo paterna, *Congregavit centum octoginta millia electorum virorum beliatorum.* Ibid. v. 21. & 2. *Paral. 11. 1.* Quare nomen Benjamin illo tempore haud abolitum; imò magnum: igitur Saule mortuo concertatio erat inter filios Benjamin & Iuda: & sicut hi protegebant maiestatem regiam in David; ita illi & fortiter in Isboseth; ut constat, 2. *Reg. 2. & 3.* usque in obitum Abner.

6. Ioann. Annius (qui audit apud invidios male, quia prodidit è tenebris Berofum Chaldaum, quem lividi vocant scitium; quasi; quasi possent in suæ literaturæ maiestatem, vel totis viribus concinnare fictionem) astruit & insigni novitate, in 2. p. *Breviarij Philonis de Temporib.* unitam fuisse Iuda, tribum Benjamin: dicitque, etiam sequente Benjamin ita tribu domum David, folam Iuda tribum adhasisse; quia filius Salomonis duntaxat percipiebant subsidia ex tribu Iuda: tributa autem seu redditus anni ex tribu Benjamin, cedebant successoribus Nathan, filij David, fratris Salomonis, vocatis *Abiasarim* ab Abiasar filio minimo Nathan; quem Scriptura dicit *Abisar*, præpositum domus Regis Salomonis. 3. *Reg. 4. 6.* *Ex quo patet (ait Annius) quidam quaeritur, quando impletum divinum decretum, quo dicit ad Ieroboam: Dabo tibi decem tribus, & filio Salomonis unam solam, cum dua tribus secuta sint domum David; responsio clara est: dicit, Dabo unam tribum filio Salomonis: nam alteram dederat filij Nathan fratris Salomonis. Unde patet, quòd ex decreto David & divino ad regem spectabat omnis pensio & redditus totius tribus Iuda; ut intelligas, nullo pacto ad regimen reddittum Regis posteri Salomonis pertinuisse tribum Benjamin, sed solam tribum Iuda. Sic ergo licet cum Iuda esset tribus Benjamin, & in causa communi unum corpus efficerent; quoad regimen & tributa sola tribus Iuda domum Davidis secuta. Astruit Annius cogitationem multis rationibus & testimonijs, quamquam impugnetur, haud valide, à Pineda in *Salomone præv.* lib. 7. cap. 25. Mihi videtur huiusmodi ratiocinium apprime ingeniosum: quod quidem tametsi possit esse non verum; non potest redargui ut falsum: & quandiu haud appareat cogitationis falsitas, debet plaudì in singulari expositione ingeniosa dexteritas. Vide Guevaram in *Habac. 3. 13.* Placuisse nocet. Invidia, ut canit Manil. *Astron. cap. 5. v. 103.**

Quomodo una & dua tribus?

Ioan. Ann.

Manil.

7. Aliter interpretari possumus Antologiam: scilicet; tribum Benjaminitam, unam fuisse inter decem scissuras pallij principatus Israël, gemmamque unam diadematis Salomonis; quæ cum alijs novem secuta fuit apostatam Ieroboam: tuncque propriè dici quit, solam tribum Iuda adhasisse David, eius secutam domum in filio Salomonis Roboam; quin desideretur adæquatè numeri duodecim partium scissi pallij in duodecim tribubus Israël: etenim tribus Levi tota transivit in terram Iuda; uti dicitur, 2. *Paralip. 11. 13.* *Sacerdotes autem & Levite, qui erant in universo Israël, venerunt ad eum (Roboam, scilicet) de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana & possessiones suas, & transiunt ad Iudam & Ierusalem, eò quòd abiissent eos Ieroboam & posteri eius, ne sacerdotio Domini fungerentur.* Quapropter scit sana in excelsis Ieroboam, & sacerdotibus de extremis populi, qui non evant de filij Levi. 3. *Reg. 12. 31.* Vide quæ diximus *Tom. 5. T. 5. à n. 10.* Hic ergo elucet tribum Iuda solam Roboam, adhasisse, decemque alias tribus celsisse Ieroboam; quin tribus Levi, Iuda tribu coniuncta, possit dici tribus, ut duæ attribuerentur Regi Iuda, equidem tribus indicabantur per sortem, seu ditionem in terra promissionis: tuncque universa tribus Levi erat intra terminos Iuda; nec inter cunctos Israëlitas signabatur ut tribus: decreto enim Dei nullam sortem habuit in funiculis Israël; sed divisa erat inter alias tribus, habens solummodo suburbana & civitates ad habitandum. *Numer. 18. 20. 35. 2. Deuter. 10. 8. & 9. 18. 1. Iosue. 21. 8.* Pro primogenitis totius Israël à Domino accepti sunt. *Num. 8. 18.* Unde cap. 3. 12. dicit Dominus: *Ernstque Levita mei.* Iam enim videntur decem partes constituentes regnum Israël, unaque duntaxat constituit regnum Iuda; quippequam eòdè dia cum tribu Levi, una sola debet dici: tum quia erati Levi in aliena ditione, tum quia ex illa nullum temporale emolumentum regno & Regi: imo gravamen, cum quæ dispersa erat per funiculos Israël, tribus Levi, aleretur & protegeretur à sola tribu Iuda.

8. Apparet gladius in nodum, sed re verà non est difficultatis enodatio; sed effugium: urgetque quod dicitur ibid. v. 12. igitur vel admisis Levitis & sacerdotibus profugis, *Roboam imperavit super Iudam & Benjamin.* Non ergo à domo David excluden-

2. Paral. 11. An Levi tunc cum tribu Iuda?

2. Paral. 11. 12.







lib. 26. Unde liquet vestem purpuream fuisse Imperatorum, Regum, & Magnatum in igne: altruique Paulin. lib. 5. accinens:

Dives in excelsu splendescit purpura fulcris,  
Mollia puniceo mutantur serica fuco,  
Et rutilant doctæ ductis sive vellere pensis,  
Luminibus distent tremunt aulea superbit  
Nutat & in foribus volorum mobile fulcrum.

Paulin.

Ol. Magn. Nationum variis usum constitutendi Principu.

Ducis Co. rinibi.

Sabbell.

Episcopi Herbiolen- si.

Ioann. Boem.

Solin. Regis Ta- probane.

Claudian.

12 Non solum splendido habitu, sed vario ritu apud Nationes varias constituebantur Principes. Est enim lapis ingens & rotundus, circumcirca duodecim minores adia-

centes habens, cuneatis petris paululum è terra elevatus non procul à metropoli Upsalensibus, super quem novus Rex eligendus infinita populi multitudinis presente suscipitur: inquit Olaus Magn. d. lib. 1. cap. 18. & Sabellic. lib. 5. Ennead. 10. de creatione Ducis Cocinchi: Est vallis (ait) ad Vitium oppidum: nec procul hinc est marmoreus lapis in patentibus pratis erectus. Hunc cum Dux creandus est, Rusticus hereditario iure occupat ad dexteram bovem habens fatam nigri coloris: ad levam equa illi sistitur strigosa, masieque insigni: frequens circa populus, agrestiumque turba ingens. Dux inde futurus ex adverso movet, purpuratorum multitudine septus: procedunt principatus signa, omnesque in comitatu egregie culti, præter futurum Ducem. Is agresti habita, pileo testato, calcio & pastoralem baculum gerens, pastorem agit magis, quam Principem. Hunc venientem in viam qui lapidem obtinet, Illyrica voce: Quis hic citè exclamat, Quis qui tam superbe incedit? Respondet multitudo: Principem Regionis adventare. Tunc ille Iustitiae index, salutem patriæ quaerens? Liberae conditionis? Dignae honoris est? Reclamatur: Est, est quidem & erit. Rursus idem: Quæro, quo me iure hac à sede dimovebit? Ait Comes Goritia Ducalis Aule Magister: Sexaginta denariis hic abs te locus emittitur, iumenta hac tua erunt: vestimenta quæ Dux exuet, habebis, erisque tu cum tota domo liber. Quibus dictis rusticus malam percussit alapa, leniter incussa, iubeat que final æquam iudicem esse: præmoque inde abducto, loco cedit: tum lapidem Dux occupat, nudum gladium bibrans, populum affatur, polliceturque se æquam iudicem futurum. Ferant, & æquam agresti pileo delatam, potare; in futura sobrietatis argumentum: quibus peractis humilis veste deposita, paludamentum induit, convivatur cum Proceribus: postremo in apertum egressus, pro tribunali sedens ius dicit populo. Idem videris apud Caufsin. lib. 5. cap. 31.

13 Episcopus Herbiolenensis (inquit Ioann. Boemius de Gent. morib. lib. 3. cap. 15.) terra ducatum habet: quare dum sacris operatur, in altari denudatum gladium habet atque vexillum. His die quo Metropolim primum, Cathedralamque Episcopalem possidere intendit; pro more Civitatem ipsam ingenti atque exquisitissimo equitatu accedit: in quam admissus, intra portas de equo descendit, & paludamento omni abiectio, gristam & villem tunicam induit, funeque præcingit, atque in ea palmis & capite nudus humiliter in Basilicam ascendit: quibus fidelitate promissa in cathedram sublimatur: ducitur tamen prius ad Episcopi cuiusdam statum, ibique serio admonetur, ut talem agere velit, qualis ille fuerit; qui ex humili & abiectio scholasticulo, per discordiam, contemptumque electus, Ecclesie statum optime administravit. Denique de institutione Regis Taprobanes Insule, inquit Solinus, cap. 56. Quaritur, cui liberi nulli sint: nam qui pater fuerit, etiam si vitæ præbitus sit, non admittitur ad regendum: idque eo maxime custoditur, ne fiat hereditarium regnum. Cuius Rex dissimili à cæteris: vestitur syrmatæ, ut est habitus quo Liberum Patrem amiciri videmus. Vide in Republic. cuiusvis Regionis, & Abraham. Ortel. in Theatr. Singularis cultus semper designatur Principibus, sicut pura gemmata Imperatoribus.

Imperij certus, tegetur cen purpura dudum  
Corpus, & ardentem ambirent tempora gemma.  
Modulatur Claudian. 2. in Rustin. v. 346. fusèque omnigenâ eruditione Cæsar Balenger. lib. 2. de Imperator. Roman. cap. 4. sicque apud omnes nationes, ut per vestis insignie, qui sederet, notesceret in maiestate throni.

14 Regnum Israël in veste signatum constat ex articulo Abie: serè idem accidit cum baule: 1. Reg. 15. a 27. Conversus est Samuel ut abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est: & ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, meliori te. Iterat sententiam ex-citatus è tumulo, cap. 28. 17. Faciet tibi Dominus, sicut locutus est, & scindet regnum tuum

tuam de manu tuâ, & dabit illud proximo tuo David. Scissura enim denotabat separationem, & regem à regno removeri, sicut segmentum à reliqua veste. Hebræi (inquit Lyran. n. 8.) dicunt, quod Samuel tunc dedit signum ipsi Sauli, quod ille esset regnaturus pro eo, quod absinderet oram chlamidis sue: quod fecit David, ut habetur cap. 24. 5. propter quod Saul tunc videns oram chlamidis sue in manu David, dixit v. 21. Nunc scio, quod certissimi regnaturus sis: quasi vestis muneris regij fundi aptaretur successori: equidem vestis, uti de purpura vidimus, designabat supremam dominationem. Sicut enim ex ditcretis segminibus conficitur vestis in commodum & cultum; ita ex diversis Satrapijs (in Israël, tribubus) constitutum est regnum: & sicut vestis scinditur diversitate portionum, similiter dissipatur regnum separatione tribuum, sive provinciarum. Ex duodecim tribubus, constabat pallium purpureum, splendidum Regni Israël in Saule, Davide & Salomone: ab hoc decem separandæ tribus, pallij futura scissura: cumque regnum signaretur per pallium: dicitur Salomoni: Dissumpens scindam regnum. Quid igitur haccine geminatione intendatur, studiosè discutendum.

15 Huiusmodi participio cum verbo significationis eiusdem, videtur indicari segregandas tribus; sed non statim, illicò, sed tandem tandem, opportuno tempore, ut legitur Psalm. 125. 6. Euntes ibunt: venientes venient. Non impetè faciendum, sed paulatim, sicut factum cum Saul. 1. Reg. 13. 13. penitus ex disrupto regno, scisso post mortem Isoboth, Saulis filio. 2. Reg. 5. 1. Ita ergo dicitur: In diebus tuis non faciam propter David. 3. Reg. 11. 12. Q. d. Non modò, sed in diebus filij Salomonis perficiam, ut perfectit. Iccirco sine modificatione, regnatura Roboam, dicit Dominus absolute: De manu filij tui scindam illud: ubi verò de tempore Salomonis: Dissumpens scindam. Toto illo tempore præparabatur pallij regalis scissura, ut fieret seorsim regnum Israël; insurgentibus in Salomone Adad, Razon, & Ieroboam. In regno Roboam clarebit penitus scissura, qua sensim, lentè gradatim disposita. Tunc sine disruptione scindendum regnum: funditus scilicet, ut dicitur Balsarati: Divisum est regnum tuum, & datum est Medi & Persis. Daniel. 5. 28. In diebus autem tuis dispositivè dividam: dissumpens scindam: scindendo scindam: ait Pagnin. verum totum pallium non auferam, sed fecabo. Nec totum regnum auferam; sed tribum unam dabo filio tuo propter David. Hoc enim sensu Homerus, 2. Iliad. v. 411. inquit: Loriam circa pectora dividere ense disruptam: Id est, disruptione dividi incipientem. Propert. lib. 3. Eleg. 12. v. 28.

Scyllaque & alterna scissa Charybdis aqua.

16 Aliter cogito iuxta morem Scripture, ut firmitas sententiæ pateat iteratione vocis idem significantis; respondetque adverbio Semper, perpetim, continuò, nunquam. Unde Maluenda hic: Dominus Salomoni interminatus est, neque minus sua revocavit ex respicientia, seu penitentia Salomonis. Ideo participium venit in infinitivum: Dissumpere dissumpam regnum desuper te. Arabic. participio eiusdem verbi. Scindens scindam: hoc est, penitus scindam. Hic modus loquendi firmissimum propositum demonstrat, & irrevocabile factum. Itai. 56. 3. Separatione dividet me. Hebr. Separare separavit me. Maluend. Omnino separavit. Zachar. 12. 3. Concisione lacerabuntur. Hebr. Concisione rumpentur: nimirum, prorsus, penitus deficient. Quæ quidem expositio genuina patet: quandoquidem nusquam & nunquam alius regnavit super universam Israël. Utuntur Profsani, in eadem acceptionem usurpat stylo. Homer. 14. Odyss. v. 439. Partitus est dividens. Virgil. 8. Aneid. v. 20. succinit: Nunc dividit illuc,

In partisque rapit varias, perque omnia versat.

E sacris Philo Bibl. Antiq. Hebr. fol. 163. Lapis scissus scissione: & Iuven. lib. 3. v. 328. Scissos lacerata capillos.

17 Etiam dicere possumus, indicari sicque gravitatem peccati Salomonis, urgentis Deum in supplicium; & Dei amorem, pro commendatione divine pietatis, & iustitiae vindicis, benignitatem vincentis: quatenus per exacerbativam Regis noxam provocatus videatur in irrevocabilem iram. Frequens est in Scriptura dolorum seu metorem exprimi vestis disruptione. Innumera sunt testimonia. Apud Ethnicos etiam mos inolebit. Petron. in Satyr. fol. 51. Non contenta (ait) vulgari more funus passis prosequi criminibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentia plangere. Ovid. Epist. 12. v. 153. Propert. lib. 2. Eleg. 13. v. 27. Senecaque Tragicus plur. in loc. uti vidimus. Tom. 2. T. 7. n. 10. & 36. Tom. 3. T. 1. n. 35. Iuvenal. Satyr. 13. v. 132. Vestem diducere summam. Virgil. 12. Aneid. v. 602. Manu discindit amictus: v. 609. It scissa veste Latinus. Deus saepe Salomonem Tom. VI. Cc

Lyran.

1. Reg. 24. 21. Scissura regum veteratum separatio provinciarum. 3. Reg. 11. 11.

Participia verbi eiusdem significationis significat moralem temporis.

Homer.

Propert.

Maluend.

Pro adv. bio.

Homer.

Virgil.

Vestis disrupta in dolore & maxime.

Petron.



Deum mi-  
sericordiam  
exacerbat  
crimen.  
Ovid.

de peccato monuit, ne in pœna miret. Rex minas quasi fuitiles sine virtute neglexit. Deusque percussus irreverentiâ in extremum fastidium, dicit: *Dirumpens scindam regnum.* Præ dolore dirumpor, maxime dum libratur Davidis successor. Dolet: & quanvis dolore scindam regni veslem; præ iniquitate Salomonis, faciam tamen.

Et solet interdum fieri placabile Numen.

Pœnitentiâ nimirum transgressoris. Patientia eius peccator abutitur: tuncque pervicaciam implacabilis ulciscitur, quantumvis doleat, quoties cogitur esse ferox.

18 Aliter intelligendum est illud: *Divisit mare Rubrum in divisiones.* Res nova singularis indicatur: unde David præ ceteris dicit Deo: *In mari via tua & semita tua in aquis multis & vestigia tua non cognoscuntur.* Homer. 13. *Iliad.* v. 26. nesciens factum, quod ab illo factum, ait:

Psal. 135.  
13.  
Psal. 76. 20.  
Homer.

Acceptit currum, cepit agitare per undas:  
Præ letitia verò mare diducebatur.

Paulus Silentiarius lib. 7. *Epigramm. Græcor.* 41. de Amore inquit: *Quonvis parvus maris transitus potest dividere.*

Sid. Apoll.

Intraſti mari, rapiens cum tympana secus  
Iſraël appenſi per concava gurgitis iret  
Aggeribus vallatus aque, mediasque per undas.

Concinuit Sidon. Apollinar. *Eucharistic. ad Faust.* v. 7. & Alcim. *Avit. lib. 5. à v. 697.*

Mare Ru-  
brum He-  
brais aper-  
tum.

Ut summas pelagi populus pervenit ad oras  
Cessit confestim iussu reverentia fluctus,  
Expanditque viam, cui terram clauserat hostis;  
Quam nova pendens construxit machina fluctus  
Frenatas celso suspendenti aere lymphas.

Alc. Avit.

Aggreditur medium fugiens, vincensque fugantes;  
Gens electa Dei pontum, vestigia Rubi  
In regione maris figens, & saxa profundâ  
Conculcat, nudum percurrrens orbita limum.  
Aspectum iniiciens scisis Sol torridus undis,  
Ignotamque novo contingens lumine terram,  
Ima laborantes radios ad tartara Ponti  
Vix misit, fissumque iubar vix extulit imi.

De hoc inaudito miraculo loquens Iosephus, aliud refert pro Alexandro Magno præ-  
tratum, quem juvenis splendidus invitabat, ac ducebat in Persarum debellationem: aliter  
que etiam Plutarch. in *Alexandr.* ex Menandro, de quo infra. Nemo mirari debet (ait  
Ioseph. lib. 2. cap. 7. *Antiq.*) tanquam incredibilia, si præcis hominibus, ad malitiam  
etiam tantum rudibus, de salute periclitantibus, via per mare patuit, sive Dei volunta-  
te, sive natura sponte: quandoquidem veri & nudius tertius Alexandri ductu, Macedoni-  
bus Pampbilitum mare cecidit: & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cum Deus  
eius operâ, ad destruendum Persarum imperium, uti decrevisset. Confirmat Petr. Comestor,  
in *Exod.* cap. 31. & in *Comæd. Alex.* Menander inquit:

Alexandro  
mare per-  
viam.

Ioseph.

Quam germanum Alexandri facinoribus hoc?  
Quæro, is ultrâ adest. Quod si videlicet me oporteat  
Pertransire aliquem maris locum, patebat transitus.

Mirum sanè, laudibusque extollitur iurè; equidem Deus est qui facit mirabilia solus, hu-  
iusque articuli refert præfatus Psalmus: *Divisit mare Rubrum in divisiones: Eduxit Israël  
per medium eius, & excussit Pharaonem & virtutem eius in Mari rubro.* Divisit, eduxit,  
& excussit. Percurramus singula, ut plura pateant in miraculo miracula.

Menand.

A verſ. 13.

19 Magnum profectò dividere mare, sed excellentius in varias divisiones divide-  
re. Unde ut eminere summè summa omnipotentis virtutis, divisit Deus mare Rubrum  
in divisiones. Excellentia notatur ab Homero, 15. *Odyſſ.* v. 406. *Divisim autem ipsi  
omnia divisi:* eodemque entusiasmo, quo supr. n. 18.

Homer.

Pervenit ad locum: & inclyta ades  
In profunditatibus maris nitentes adificata sunt.

Non solum Deus mare divisit, sed singulis tribubus singulas femitas designavit. Ideo  
dicitur Psalm. cit. *In mari via tua, & semita tua in aquis multis:* equidem via mirabi-  
li, in viam divisit Dominus aquas, viamque divisit in femitas. Comestor, ubi dudum,  
Epiphan. *Hæres.* 64. Origen. hic *Homil.* 5. Caietan. refert, legitque: *Mare incisum in  
eis,*

Psal. 76. 20.  
Divisa ma-  
re Rubri in

divisionibus. Symmach. *In sectiones.* Arabic. *Scidit scisiones:* quibus suffragatur Malu-  
nda, & Genebrard. in *Cbronolog. Ann. Münd.* 2239. qui in *Psal.* 135. subdit: *Divisit  
in multas partes & sectiones, tanquam in muros multos coagulatis & condensatis aquis:  
nempe in duodecim, pro numero tribuum; ut quæque suam haberet iter, & celerius traji-  
ceret.* Mirum refert Haitonus Præmollatenſ. de *Tartar.* cap. 17. nimirum, Tartaris, ut  
erumpent in Orientem, cum eorum Dux monitus fuisset ab Angelo, divisas in mari no-  
vem femitas, per quas sicco pede transire valerent. Ioann. Pineda, in *Monarch. Ecclesiast.*  
lib. 2. cap. 27. §. 2. tantum in mari perviam signat femitam novem pedum in latitudi-  
nem, haud novem femitas.

duodecimse-  
mitas pro  
singulis tri-  
butus.  
Genebrard.  
Haiton. &  
Pined.  
Tartaris mi-  
raculo sic ma-  
re apertum.

20 Rabbini in varias fabulas dimiserunt ingenia, quasi in pascua. Tunc conside-  
rantes metum temporis filij Israël, in tres divisiones consiliorum diviserunt sententias  
suas. Nam tribus Ruben, & tribus Isachar, & tribus Zabulon, & tribus Simeon dixe-  
runt: *Venite, mittamus nos in mare: melius est enim, nos in aqua mori, quam ab ini-  
micis occidi.* Tribus autem Gad, & tribus Aser, & tribus Dan & Sephtali dixerunt:  
*Non, sed revertamur eum eis, & si voluerint nobis donare vitam, serviemus eis.* Nam  
tribus Levi, & tribus Iuda & Ioseph, & tribus Benjamin dixerunt: *Non sic, sed acci-  
pientes arma nostra, pugnemus cum eis, & erit Deus nobisum.* Tunc Deus Moysi: *Tol-  
le virgam tuam, & percutite mare, & siccabitur.* Et steterunt maria aquarum, & ap-  
paruerunt profunda terra, & denudata sunt fundamenta habitacionis; & pertransiit  
Israel per siccum in medio mari. Hactenus Philo, ubi supr. Alij dixerunt, visis pervis in  
mari femitis, fortes missas fuisse inter tribus, utra ingressura prius. Aptius efficit iurgium,  
utranam posterior. Plutarch. in *Timoleon.* pro tractu fluminis, inquit: *Contentio mira du-  
ctioribus militum inciderat. Nullas enim eorum post alterum transire volebat; sed unus-  
quisque primus: ideoque nullo ordine transibant, mutuo se præterire cupientes, atque  
impedientes. Quare ut forte rem ad iudicaret Timoleon, à quolibet ducum accepit annu-  
lum: omnibus bis in oblamydem coniecit suam, ac mixtis, primum forte cum extraxit,  
cul erat insculptum trophæam. Hoc viso milites magno cum gaudio clamorem sustulerunt,  
neque iam sortem reliquorum expectare; sed summa pro se quisque celeritate suorum  
transferunt.*

Phil. Bibl.  
Nugamenta  
Rabinorum.

Plutarch.

21 Iosephus loc. præf. inquit: *Moyſes videns adesse Deum, & mare de suo solo ces-  
sisse, primus progreditur, hortaturque Hebræos, ut alacriter sequantur per viam divi-  
nitus datam.* At etiam Moyſe præente, timerunt; sed tribus Iuda audacior finis maris  
strenuè prima calcavit, iuxta illud Psalmi, 68. 25. 28. *Viderunt ingressus tuos Deus: Prin-  
cipes Iuda duces eorum.* Suffragatur Comestor, d. *Divisum* (inquit) *est mare in duodecim di-  
visiones, ut quæque tribus per turmas suas incederet: & advocans Moyses singulas tribus  
secundum ordinem natiuitatis suæ, hortabatur eos, ut ipsum præeuntem sequerentur.* Cum-  
que timuissent intrare Ruben, Simeon & Levi; Iudas primus aggressus est iter post eum,  
unde & ibi meruit regnum. Actus virtutis tribus Iuda, unde inter duodecim celebrior.  
Fallitur Ovid. ubi 2. *Trist. Eleg. unic.* v. 329. ait:

Ioseph.  
Tribus Iuda  
post Moysen  
ingreditur.

Petr. Com.

Non ideo debet pelago se credere, si qua  
Audeat exiguo ladere cymba lacu.

Ovid.

Securior ex periculo credit se pelago: quandoquidem intrepida, maris ignotis dedit se  
femitis, flantibus fluctibus à dextris & à sinistris. Retorquetur apposite Seneca in *Medæa*,  
à v. 330.

Clausura profundâ hinc atque illine  
Subito impulsu velut atherio  
Gemeret sonitu; spargeret astra  
Nubesque ipsas mare depressum;  
Candida nostri secula patres  
Videre: procul fraude remotâ,  
Sua quisque piger litora tangens.

Senec.

22 Hac de causa tribui Iuda vexillum concessum principale cuius Leo insigne. Pro  
quo sciendum arbitror ordinem Castrorum: qui quidem præcipitur, Numer. 2. 2. *Sin-  
guli per turmas, signs atque vexilla, & domos cognationum suarum.* Rab. Abenezra, hic  
Fuerunt autem (ait) *Signa & symbola in singulis vexillis; in vexillo Ruben depicta fi-  
gura hominis: vexillum verò Iuda habebat figuram Leonis: vexillum Ephraim figuram  
Bovis, & vexillum Dan figurâ Aquilæ insigniebatur; ita ut quadruplex vexillum per-  
fectè assimilaretur Cherubim; quos vidit Ezechiel Propheta. Rasi subdit: Tres tribus  
Tom. VI.*

Numer. 2. 2.

Insignia ve-  
xillorum tri-  
butum Israel.



Rasi.

unicuique vexillo: & iuxta vexillum in Signis, id est, unicuique vexillo sit Signum coloratum; ita ut color unius distinctus sit a colore alterius iuxta colores lapidum in Ephod, seu Rationali, ut cognoscat unusquisque vexillum suum. Vexillum Iuda erat coloris viridis, Ephraim aurei, Ruben rubri, Dan verò mixti ex albo & purpureo, de quo videlicet Andr. Masius in Iosue, 6. 9. Prado in Ezech. p. 2. cap. 1. sect. 2. Villalpand. in eundem lib. 5. Disput. 2. cap. 29. Torniiell. Ann. mund. 2545. n. 51. Azodici in tribubus Israël designari asserit idem ibid. ex Clement. Alex. lib. 5. Strom. quatenus sub singulis tribubus principalibus, quibus concessum vexillum, uti Signis caelestibus, anni totius dividitibus tempora; essent duae tribus; nimirum sub Iuda Signo Leonis, Issachar & Zabulon, uti Cancer & Capricornus. Sub Ruben, ut Signo Aquariorum, Simeon & Gad, quasi Pisces & Artes. Sub Ephraim ut Signo Tauri, Manasse & Benjamin, tanquam Gemini, & Sagittarius. Sub Dan Signo Scorpii, Asser & Nephthali, adinstar Signorum Librae & Virginis. Totum profectò voluntarium mihi videtur, & pro lubito accommodatum. Ordo tribuum subalternarum describitur nã loc. cit. Numer. sed in applicatione Signorum caelestium ad tribus, desideratur ordo; maxime cum stationes anni sint in Aritate, Cancro, Libra & Capricornio, haud in Leone, Aquario, Taurò & Scorpio, attributis vexillarijs tribubus. Undique apparet cogitatio & voluntaria & ludicra. Numero duodenario quibus significari, ab Israël splendore Firmamenti usurpata; quia qui docti, fulgent quasi splendor Firmamenti: & qui ad iustitiam eruditi multos, ut stelle in perpetuas æternitates. Pro huiusmodi in caelo ordine, sacratè olim duodecim veloces equæ Soli veloci, ut videris apud Homer. 22. Iliad. postquam apud Romanos illi cadebatur virtutibus; Ne detur celeri vixima tarda Deo: ut canit Ovid. 1. Fastor. v. 386. Describit Virgil. 1. Georg. v. 237.

Quo intuitu?

Kircher.

Quibus signis indicabatur Zodiacus?

Ovid.

Virgil.

Unde magni habitus duodecimarii numeri?

Iustin.

Q. Curt.

De Alexandri.

In sacris mysticis numeris.

Maldon.

D. Thom.

Exod. 13. 18.

Has inter, mediamque, duae mortalibus agris Manere concessit Dicum, & via secta per ambas, Obliquis qua se Signorum verteret ordo.

23 Numerus sanè Duodecim apud Ethnicos magni ductus, propter duodecim Numina maiora, ut ex Theogonia Hesiodi referunt Chartar. de eorum Imagin. & Nal Comes in Mytholog. Hoc proposito Alexander conspectà Asiã incredibili ardore mentis accensus, duodecim aras Deorum in belli vota statuit: ait Iustin. lib. 11. Idem fecit in fine belli, quasi progressus non esset ultra. Erigi duodecim aras ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suae; monumenta quoque castrorum iussit extendi, cubilicæ amplioris formæ, quam pro corporum habitu, relinquit; ut speciem omnium augetet, posteritati fallax miraculum preparans: inquit Q. Curt. lib. 9. cap. 3. Idem Atrian. lib. 5. cap. 4. Diodor. Sicul. lib. 17. cap. 95. Iustin. lib. 12. Plin. lib. 6. cap. 17. & 25. Marcian. Capell. lib. 6. & Plutarch. in Alex. Numerus hic in altiora destinatus. Duodecim fuere gemmæ Rationalis, incisæ nominibus (ut placet Villalpando, quò dudum, hieroglyphicis uti tribuum notis) duodecim tribuum Israël, quarum sedes & sedes maiestatis occupandæ à duodecim Christi, N. Servatoris Apostolis, fundamentis duodecim portarum muri caelestis Ierusalem, ubi nomina scripta duodecim tribuum filiorum Israël. Apocal. 21. à v. 12. Ita è Iordanis alveoeducti duodecim lapides, post collocati in Galgalis; & Iosue, ubi steterunt pedes Sacerdotum Arcam Testamenti portantium, alios duodecim lapides in sicco posuit: cap. 4. 3. 9. Denique Maldonatus in Matth. 26. 26. infir: Fecit igitur Christus duodecim ex pane partes, & singulis singulas dedit. Doct. Angelic. Opusc. 57.

Cibum turbae duodena Se dat suis manibus.

Hunc ordinem sequentes filij Israël, dicuntur Armati: Aij, Quini & quini: quia non tumultuarie exierunt, sed ut castrorum acies ordinata, ut dicitur, Exod. 12. v. 51. quin iurè negati possint, armatos exisse, armis vel commodatis vel emptis, in huiusmodi facinus preparatis. Inficiatur Iosephus, lib. 2. cap. 6. & 7. Quomodo Angelus inter castra Aegyptiorum & castra Israël? Exod. 14. 20. Ni processissent armati, quorsum exitus designaretur per turmas suas? cap. 12. 51. Evaserunt ergo, mari scisso, Aegyptiorum furorem, per nobilioris tribus audacem virtutem: in cuius tractum Dominus tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda. Psalm. 77. à 67.

24 Vidimus, quomodo Deus tractum maris divisione disposuit: pendendum modo, quæ miraculis filios Israël per divisione eduxit, & deduxit. Cum properarent in Aegypti exitum, & Deus illius meditaretur exitum, dixit Moysi: Loquere filiis Israël. Re-

versæ castrametentur è regione Phihabiroth, quæ est inter Magdalem & mare contra Beëlsephon: in conspectu eius castra ponetis super mare: diciturque est Pharaò super filijs Israël: Coarctati sunt in terra, conclusi eos desertum. Dicit inimicus (cap. 15. 9.) Persequar & comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea. Ita in Liberum Patrem iactabundus Deriades, ut canit Nonnus lib. 34. Dionys. à v. 210.

Compedibus vincitum, servum in subiugale vinculum Trabant: sed ubi univèrsam exercitum delevero, Eius hauriam immensas divitias, feram ditissimorum Nive aspersa dorsa metallorum. Evertam & comburam Semeles domum: Dixit Rex scelestus.

Ut facer intelligatur textus, notandum est ex curioso Kircherò 1. p. Oedip. Aegyptiaci, syntagm. 4. cap. 7. Aegyptiorum Prætorum morem fuisse idola quadam arte Magica constructa, ad hostium extraneorum coarctandos, in illis locis reverenter collocare, quæ poterat ferri irruptio. Ex horum idolorum numero erat Beëlsephon, (quæ vox sonat Dominum absconditum, seu Septentrionis dominatorem) in angipotta maris Rubri uti custos elevatus, ne ea parte peregrinorum esset vel insaltus, vel accessus.

25 Astruit Rab. Abenezra in textus delicationem. E regione Baëlsephon dicitur, quod Magi Aegyptij fecerunt iuxta rationem Astrologicam imagines aneas, & illa sunt quæ vocantur Beëlsephon: & non poterat servus ullus fugere ex Aegypto; quin transcundo, imaginis occulta vi impeditur. Ante idoli situm in Phihithoth erant duo foramina ex duabus petris altis & erectis, & vallis qua transitur filij Israël dicebatur Os petrarum; ut observavit Rabb. Salomon Iarhi. In Thargum Babylonicò, Rab. Ionath. Ben-Uziel addit: Ibi ingentia quadrangula facta ad similitudinem siltorum dominum maris & femina, & oculi eorum aperti. Iste locus est Tanis inter Magdalem & mare. Cum huius maris Arabici portæ custos esset idolum Beëlsephon, ne in Aegyptum ingrederetur hostis, nec egrederetur fugitivus civis; videns Pharaò ibi detentos Itraclitas, arbitratus est influxu idoli detentos, & infatigatos: quare dixit Coarctati sunt in terra: non mare, sed conclusi eos desertum; in quo Magica statua, ut coarctarentur, nec ultra possent movere pedem. Magis ac magis Spiritus Pharaonis inflavit statua Beëlsephonis erecta: igitur cum Aegypti cuncta simulachra in exita Israëlitarum corrissent; Culsus Beëlsephon inconculsa manebat: unde Regis cogitamen, virtute illius, potentiaque victos esse filios Israël. Idola ubi est etiam concita constat, Numer. 33. 4. ubi: Profecti filij Israël, videntibus cunctis Aegyptijs, & Sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus: nam & in Dijs eorum exercebat ultionem. Astruit Hieronym. ad Fabiol. Euseb. de Preparat. cap. ult. multique Rabbinii. Idola verò fistilia, seu constabilia (dicitur Thargum cit. & etiam Hierosolymitano) liquesfacta sunt. Idola lapide efformata, idola fistilia vel testacea, contracta & contrita: idola certà divinandi arte, & Astrologica scientia constructa, facta sunt in similitudine inumentorum seu brutorum mortuorum. Locus est Tanis inter Magdalem & mare ante Idolum Zapban, quod superest ex omnibus Aegyptiorum idolis: ideo dicunt Aegyptij, quòd illud idolum Beëlsephon electum est præ omnibus alijs idolis quæ superest, & non contractum fuit. Unde Pharaò dixit; Errantes sunt hi in solitudine: prævaluit super eos idolum, quòd est è regio deserti. Hac enim cogitatione vesperè quiescens die sequenti in Israëlitis decrevit irruere: & ne noctu faceret, tollens se Angelus qui præcedebat castra Israël, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis (priora dimittens post tergum) stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israël; ita ut se adinvicem toto noctis tempore accedere non valerent. Exod. 14. à v. 19. Idem accidisse, refert Plutarch. in Lucall. inter Romanum exercitum & Michridatis. Tamiã conspicitur exercitibus (infir) subito aër, cum nulla evidens mutatio processisset, abruptus est, ingenisque moles flamma in medium acierum delata est, colore argenti candentis; perterritique eo viso, sine pugna in castra rediitum.

26 Alij dicunt effigiem idoli Beëlsephon, fuisse Anubidis, vel Hermanubidis aeneam; quæ profagos vel hostes Regionis latrabat, ut arceret: quo perterriti prodigio, è loco illo se movere non valebant. Unde Virgil. 8. Aneid. v. 698. ait: Latrator Anubis. Idem Propert. lib. 3. Eleg. 11. v. 41. Ovid. 9. Metam. fab. 11. Iuvenal. Satyr. 15. v. 8. Plutarch. de Iud. & Osirid. & Apuleius, Metamorph. lib. 11. ait: Ille Saperum commentor & Inferum, nunc atrã, nunc mirã facie sublimis, attollens Camis cervicis arduus Anubis, læva caduceum, dextra palmam virentem quatiens. Ibi quasi in angustijs constitutos, & in dif-

Exod. 14. 2.

Nonn.

Quid sit Beëlsephon?

Abenezr.

Rab. Ionath.

Eius effigies heic, cornuibus alijs.

Idem.

Idola Aegypti in exita Israël contracta.

Plutarch.

Beëlsephon in Anubis.

Apulei.

fieri.



ferimen influxu Hermanubis redactus adoriri Pharaõ decrevit, & percitus Hebraeorum discessu (cum idolis ex auro, argento, aliaque pretiosa materia) & spe impulsu. *Sperabat enim* (subdit Kircher.) *ut & divitias & idola sua recuperaret: idque auxilio Beelzebubon soluturstantis adhibere; quod sciebat eo loco constitutum, ad quod egrè Hebraei pervenire possent: vel si pervenirent, vi occultâ tamen idoli impediti retrogredi ogerentur: sic inter angustias istos, veluti in montiam quadam massa deprehensi, interitiois darentur. Instar hominum omnis consilij inopum (addit Abenezra d.) & quid facere, aut incipere debeant ignorantium; quod proprium est ijs, qui incarnatione magicâ insatiati sunt: quasi Israhelitas virtute Beelzebubon insatuatos, credit Pharaõ. Alii cogitant, ubi supr. Ionathas Ben-Uziel, sed phantasticè; igitur plus ex hoc loco ditatos fuisse Israhelitas proficetur, quàm ex Aegypto. Audiamus delirium. Deprehenderunt eos Aegyptij iam castrametantes iuxta mare, occupatos in colligendis gemmis & lapidibus pretiosis, quos Phison tulit ex horto voluptatis: in medium Gibon & Gibon invocit eos in mare Rubrum, & mare Rubrum eiecit eo loco in suam ripam. Cuncta igitur a Domino dissipata, ut proficiscerentur & mirabiliter filij Jacob in terram promissam; quin maneret meo iudicio, stans statua magica Beelzebubonis, seu Hermanubis: quandoquidem, ut dicitur Exod. 12. 12. *Transibo per terram Aegypti nocte illâ, & in cunctis Dijs Aegypti faciam iudicia ego Dominus.**

Kircher. An statua magica Abenezra.

Rab. Ionath.

Divitia maris Rubri colles ab Israhelitis.

Descriptio maris Rubri in transitu filiorum Israhel.

Plin.

Hieron.

Conditiones eius. Leon. Mar.

Plutarch.

Sapient. 19. 7.

Virgil.

Stat. Psal. 113. 4. Hyperbole. Genebr. Profopopaeia. R. Isaac.

27 Egressi ergo sunt, quin ullus esset ab idolo insatuatus, quia Deus eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus; & per mare iussit capere viam. Describitur graphicè Sapient. 19. a. v. 7. *Ex aqua quae ante erat, terra arida apparuit, & in mari Rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio transiit, quae tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra. Quae fuerint, videnda. Rubrum mare (ait Pompon. Mela, lib. 3. cap. 8.) procellosum, asperum, profundum, & magnorum animalium magis quam caetera copax. Plin. lib. 13. cap. 25. & lib. 32. cap. 7. & 9. ex Theophr. lib. 4. cap. 7. & 8. inquit: *Mare Rubrum & totus Orientis Oceanus refertus est silvis: Eodem tractu insularum silvas operis aestus, quamquam altiores platanis, populisque altissimis. Maximarum cacumina extant, ad quae naves religantur, & cum recessit aestus, ad radices. Hieronym. Epist. 4. ad Rustic. Mare Rubrum (inquit) latentibus saxis, vadisque durissimis plenum est, ut in navigando speculator doctus in summa mali arboris sedeat, & inde regenda & circumscilenda navis declata praedict. Leonardus Marinus in Exod. 14. n. 65. Multa saxa sub aquis latent, & profundis cincha verticibus biatu abyssorum reddunt mare intranabile & invadibile: neque enim voragine illa molliter descendunt, sed saepe altissima habent praecipitia, tanquam balnearum, aliorumque monstrorum marinarum cubilia. Denique Plutarch. in Alex. loquens de mari Pamphilia in eius obsequium secto, subdit: *Divina quadam fortuna id mare Alexandro cecidisse autamant; quod aliqui semper ab alto asperum continentem allidatur, raròque admodum infra praecipitia & abruptos montium processus teneras quasdam & resonantes cautes detegat. Incredibilem eam rem. Clarent prodigia in Sapiaentia signata & a Domino in transitu maris exhibita, ut via nova esset sine impedimento germinante profundo, illudusque incalcabilis, campo. Affuit protectio Creatoris, abitoque ab Israhelitarum via impedimentum luti per exsiccationem, altorum fruticum per evulsionem saxorum per translationem, abyssorum per impletionem, pulveris per germinationem, ut in uno miraculo tot viderentur in stuporem mirabilia. Alio locuti Vates Ethnici, sed rediguntur in explanationem facci propositi. Virgil. 4. Aeneid. v. 523. & Statius lib. 5. Silvar. 4. v. 5.***

Silvaeque, & saxa quierant  
Agnora, cum medio volentur sidera lapsu.  
Occidit horror  
Aguoris; & terris maria acclinata quiescunt.

28 Alia signa insignia facta. Montes exultaverunt ut arietes, & colles sicut agni ovium. Quo in loco Genebrard. ait: *Ob maris exsiccationem tam stupendam vicini montes tripudiarunt, partim admirantes prodigium, partim gratulantes populo. Non enim est metaphorâ (inquit Rab. Isaac in Genes. 19.) sic verè montes commoti sunt. Unde dixerunt Magistri Nostri, montem Sina se vertisse & curvasse super eos. Hyperbole Coritarum est. Virgil. 6. Aeneid. v. 255-8. v. 238. & Stat. 1. Achilid. v. 98. Ecce autem primi sub lumina Solis & ortus, Sub pedibus magis solam, & iuga cepta moveri*

Silvarum. Inde repente

Impulit, impulsu quo maximus insonat ather;  
Diffultant ripa, resiliuntque exterritas amnis.

Liquidum ter gressibus aqua  
Repulit, & niveas feriant vada Theffala plantas;  
Letantur montes.

Virgil.

Vestigia filiorum Israhel mansisse in faxis & scopulis maris Rubri, & ad lictus Arabiae impressa; diximus, Tom. 3. T. 7. D. 6. n. 22. Rab. Salomon Iatri apud Salinas, Tom. 2. in Ionam, quælt. 15. lict. n. 11. ait: *Balenam in mare Rubrum Ionam detulisse, illumque per geminos piscis oculos (apud Sanct. hic, n. 31. Septem oculos) tanquam per duas fenestras prospexisse in profundo; quomodo traiecerunt Israhelites per medium eius.*

29 Videamus denique quomodo traiecere ceperunt Aegyptij. Primò etiam ipsis divitum, post mare unum. Ingressus est enim eques Pharaõ cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris.

Aegypto iam finis erit, iam clade supremâ  
Tot castigatam vicibus divina Canopum  
Afficiet cum Rege suo sententia: iam iam  
Sentiat Aegyptus sapiens vel morte supremâ;  
Quam nihil invitis proficit contendere Diviti.  
Caetera Pontus aget: vix hac praedixerat, illi  
Prostruunt, cursuque parant attingere lictus.  
Ut venero, vident arenis vasta profunda  
Insolitam praebere viam, passoque recessu  
Pontum aperire suas illis fugientibus undas.  
De caelo vox missa tonat, verbique superni  
Interpres, verbis ad Mosentibus inquit:  
Tu modo divitum virgâ iam percutere statum;  
Atque redacta suos assumant aquora cultus.

Stat. Vestigia filiorum Israhel in faxis maris Rubri. Rubri. Rab. Salom.

Alc. Avit.

Succinit Alcimus Avit. lib. 5. a. v. 617. *Subvertit Dominus rotas curraum, ferebantur: quae in profundum: fugientibusque Aegyptijs occurrerunt aquae, & involvit eos Dominus in medijs fluctibus. Ioseph. loc. cit. Aegyptij primùm insanire eos putabant (inquit) in manifestam perniciem ruentes: sed cum incolentes illos terram tenere viderent; sibi quoque eundem eventum pollicebantur. Ergo cum iam universus exercitus introgressus esset (aderant, ut dicit cap. 6. leucatorum equitum ducenta millia, & pedicum quinquaginta millia) refunditur iterum mare, & Aegyptios fluctibus involvit. Accesserunt & imbres de caelo & aspera tonitru fulguribus simul intermicantibus: fulmina quoque deserebantur: atque ita totus ille exercitus est deletus; ut nec nuncius quidem cladis domum reverteretur. Omnes filij Israhel salvi facti sunt; ex Aegyptijs nec unus quidem remansit.*

Exod. 14. 25. 27. Aegyptiorum ducenta & quinquaginta millia perierunt. Ioseph.

30 Hec summa gloria victoriae. Factum tanquam multis glorioso, è tot cruentis praelijs revertente, Machabæo. *Ascenderunt in montem Sion cum letitia & gaudio, & obtulerunt holocausta; quod nemo ex eis cecidisset. 1. Machab. 5. 54. Hac de causa decreta apud Rom. corona graminea, quae praecunctis nobilior, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Plin. lib. 22. cap. 3. 4. & 5. Vid. Dalecamp. hic. & Draud. in Solin. cap. 4. Aul. Gell. lib. 16. cap. 11. Omnes ad urum interisse. Apertus Senec. 1. de Ira, cap. 11. Quid (inquit) Cimbrorum, Theutonorumque tot millia superflua Alpibus ita sustulit; ut tanta cladis notitiam ad suos non nuncios, sed fama pertulerit? Plutarch. in Timoleon. subdit: *Quod verò Corinthiorum nemo ceciderit, nemo vulnus accepit, singularae opus Timoleonis Fortuna ostendit; perinde ac illa emulationem cum virtute viri suscepisset, quò felicitatem magis qui audiunt, quàm laudes ipsius mirarentur. Hoc signum Epaminondæ in Leudrica pugna. Sociorum alij (refert Paulan. cap. 292.) suos non fuit omnino quòd tollerent, cum neminem amisissent. Altiore fuere, quae in hacine illustissima victoria patravit Dominum mirabilia. Hebraei (inquit Iosephus) vix sui compotes erant praegaudio, ex tam inopinata salute concepto, accedente huc etiam hostium interitu, quo maior esset libertatis securitas, nemine superflite. Quapropter tum sua salute, tum inimicorum supplicio lati magis quàm ulli antebac homines, in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt. Postera vero die, cum aestus & ventus arma Aegyptiorum in lictus expulisset, in quo tunc Hebraei castra posuerant, Moyses id quod divina providentia interpretatus, ne posthac inermes essent, collecta viridum distribuit. Ita Sapient. 10. à 20.**

Plin. Gloria summa victoria, nec unum perire, nec unum hostium salvari. Senec. Plutarch. Exempla. Paulan. Arma Aegyptiorum, collecta ab Israhelitis. Ioseph.



Ideo iusti tulerant spolia impiorum, & decantaverunt Domine nomen sanctum tuum, & ostendit manum tuam laudaverunt pariter quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Hæc dicuntur, uti observavimus, Tom. 5. T. 4. D. 2. à n. 13. quia aliqui, uti infantes balbutientes, & qui naturaliter muti, supernaturaliter loquendi & canendi facultatem accepere in gratulationem victoriæ tantæ: qua ut ait Tertulian. lib. 3. contr. Marcion. cap. 3. v. 58.

Infantes cu  
usu rationis

Tertull.

Sap. 10. 19.

Homer.

Arma Egyp  
tiorum sui  
t sunt.

Causa cla  
dit.

Idem.

Arma illa  
filii Israël  
aptata & si  
ne ponderis  
gerre Rabbi  
num.

Q. Calab.

Et signenta  
similia Eth  
nicorum, de  
armis Achil  
lis.  
Hebr. 11.  
29.  
Claudian.

Calcavit stultici, hostes demersit in undis.

31 Adhuc rellat miraculum in miraculo librandum. Dicit Sapiens: Deus inimicos illorum demersit in mare. En miraculum, sed magis excelsum; & ab altitudine inferorum eduxit illos. Quos aqua submersit, post armatos egurgitavit, educendo in littora, ut Hebræi ipsorum caperent arma. Nonne insigne miraculum, submersum natare ferrum? Audi Enthusiasticum Homeri, 21. Iliad. à v. 234. & 299.

Movit fluentia: impulit autem cadastra multa:  
Hæc cecit foras in terram. Vivos autem servavit  
Per pulcra fluentia in vorticibus profundis, magnis:  
Horrenda turbata consistit unda.  
Multa autem arma pulcra bello cesorum fluitabant.

Patent quam multa sacra à Poëtis Ethnicis usurpata, ut orarent sua poemata. Cladem Egypto prædixit Mercurius Trismegistus ad Aselep. interprete Apuleio. Futura (ait) tibi prædico. Vicos maior erit numerus sepulchrorum: superbes verbis quis erit? Lingua sola cognoscetur Egyptus, actibus verbis videbitur alienus. Ita in miserem statum hac cladem Egyptus redacta, ut feminarum regimini traderetur Respublica. Kircher. 1. p. Oedip. Egypt. Syntagm. 1. cap. 9. Causam cladis & propudiosi regiminis signat Trismegistus ibid. Seductio sanctitatis & impietatis magistra erit maxima crudelitatis exemplum: nam & tenebræ præponentur lumini, & mors vitæ utilior indicabitur. Nemo suspiciet caelum: religiosus pro insano, irreligiōsus putabitur prudens, furiosus fortis, pro bono habebitur pessimus: nova consuetudine iura, lex nova, nihil sanctum, nihil religiosum, nec celo; nec celestibus dignum audietur, aut mente credetur: fiet Deorum ab hominibus dolenda secessio. En speculum Egypti.

32 Expediti ergo probèque muniti exultabant filii Israël. Quasi nihil mirum tot in miris accidisset, vel nihil esset, ni mendacium commendares; Rabbinii commentii sunt, arma viricim à Moysè Hebræi distributa, fuisse miraculosè illorum corporibus aptata, quasi singulis symmetricè effecta: imò fuisse sine pondere, ut servirent opportunè, sine gravamine ferri. Idem dicunt contigisse David, dum proceri induit arma Saulis (vide Abulens. in 1. Reg. 17. quæst. 24.) sed pondus haud possunt nisi impudenter negare; cum ille dixerit: non possum sic incidere. v. 39. Efigmentum signento concinnemus. Idem profecto refert Q. Calaber lib. 7. à v. 444. de Neoptolemo.

Filius porro Achilles munit se patris armis,  
Eique per omnia similis videtur: illa circunquaque levia:  
Vulcani manibus ita fabricata erant, ut membris eius convenirent;  
Quavis nimis alijs grandia essent. Huc tamen omnia  
Nullius ponderis videntur, nec caput eius gravat galeas;  
Sed hanc manibus quamlibet arduam facile tollit,  
Adhuc sanguini hiantem. Argivi non poterant,  
Quavis caperent, gradum conferre.

Nec dissimile quod de Achilles armis, detractis Patroclo, ab Hecatore interfecto, dicitur Homerus, 17. Iliad. v. 201. Iupiter Hecatori aptavit arma ad corpus. Facillan ergo nuge. Perpicuo patent miracula exitus Israël à populo barbaro: equidem elucet, quomodo Deus eduxit, duxit, & inimicos usque in necem perduxit, dum Hebræos conduxit, & Egyptios in mari pervio seduxit. Transferunt mare Rubrum tanquam per aridam terram; quod experti Egyptij devorati sunt. Dicam ex Claudian. 4. Consul. Honor. v. 628.

Fluitantia nunquam  
Largius Avtobis pavere cadastra pisces.

33 In stylium Tautologiæ delicatio ad manum. Videtur sanè necessarium in divisione divisionem esse: mareque dicitur divisum in divisiones, vel quia multa in mari divisiones aquarum factæ; vel quia divisio cum supponat extrema, divisiones dicuntur partes divisæ; unde dicitur, ut vidimus, Aquæ erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. N. 29. Ita Theodoret. hic, quæst. 25. Leonard. Marius, num. 62, & Caietan. loc. cit. Frequenter

ter in Scriptura actio sumitur pro materia actionis; metonymicè, tanquam causa pro effectu. Iob. 14. 14. Donec veniat immutatio mea. Idem, mors. Verba idiotistica Hebræicè, ut Sacrificare sacrificium, laudare laudem; custodire custodiam, & alia id genus, ut pralibavimus in Prolog. Galeat. §. 4. n. 10. videbimurque Tautolog. seq. ad illud: Vocazione vocatus, & Tautolog. 8. ad illud: Prædica prædicationem. Constat quam genuinè sensus ex lectionibus DD. Moure: Mare divisi in partes. Aquil. Divisi in segmenta.

Metonymia.  
Actio pro  
materia  
actionis.

34 Principalis autem Tautologiæ in litteræ expositione fuerunt sparsæ, oppositionum etiam conciliatione. Disrumpens scindam. Arab. Scindam scissione. Pagnin. Scindendo scindam. Maluend. Disrumpere scindam: Disrumpere disrumpam. Caietanus sequitur Pagninum. Modò dicendum aliquid ut sequamur cœli leges, ne projiciamur scissi in tenebras exteriores.

Var. Lecl.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Disrumpens scindam, dicitur in Salomone qui servidè Religionem suscepit, quam perdidit declinavit. Qui Religioni accedens, uti inutilis cognoscitur; sine disrumpione scinditur: remouetur enim, antequam nocèat, ac per damnum inotescat; equidem fatius, quod relinquatur ob fraudem; quam quod relinquatur deinde in dedecus, Religionem.
- 2. Disrumpens scindam regnum tuum. Pena vehementior principantibus non est: & ut explicet doloris gravissimam penam; meditato remotionem exprimit ut scissuram; quippequam desperatione rumpuntur, ubi à potestate dominandi remouentur.
- 3. Disrumpens scindam, Salomoni dicit Dominus, agens de successore principatus. Disruptio est possidentis, scissura consummatio numeris: & quod idem videtur in verbis, sensu non idem; quia ubi de successore

dignitatis cogitamen, antequam Superiores scindantur, disrumpuntur.

4. Disrumpens scindam, sine tota scissura potestate Dominici Silensis rumpentur Mahometani: modo & instrumentum fulgurabant miracula, ut undique viderentur mirabiliora: quandoquidem in portentum, ligno frangebat ferrum, quasi esset lignum.

5. Disrumpens scindam. Dei notatur præsentia, ut citius arceantur crimina, ac ex præsentia eius consent miracula: equidem que in corda oscitantia congerit, sine scissura disrumpit.

6. Disrumpens scindam. Gloria clarescit Martyrum, dum à tyrannis vim fuperant tormentorum, victoribus vulneratis, atque victoribus victis: etenim disrupit non vulnerantur, quo tyranni sine scissura rumpuntur.

DIDASCALIA PRIMA.

Hand Religioni Monastica suscipiendi qui tantum oneri.

Math. 4. 1. Liquid Tautolog. 2. D. 1. in proposito dictum, sed modò delicatum totum propositum. Ductus est Assertor N. à diabolo in desertum, ut placer aliquibus (de quo videtur Maldonat.) unde Lucas: Agebatur à spiritu in desertum cap. 4. 1. Micat igitur per cuius spiritus virtutem, dum agitur ductus ut intret in tentationem. Non omni spiritui credendum est, dum in Monasteria videtur impulsus; quoniam aliquando specie religionis agitat diabolus. Nemo in Christi scholam recte venit, ni Pater celestis vocatione traxerit: & nequaquam in contubernium vocatus, qui à se, ab alio, vel à diabolo ductus. Non litare arbitrabantur Ethnici; quoties victima ad Tom. VI.

aram non procedebat spontè; reluctabatur cædi à popis, vel in templum portabatur hominum humeris. Refert Guilielmus Struck, de Sacrific. Gentil. cap. 123. Pliniusque lib. 8. cap. 45. inquit: Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos, non ferè litare, sicut nec claudicante hostia, nec trahente se ab aris. Patet spariom eorum, qui ab alijs ducuntur. Cæcus & claudus non intrabant in templum: erat proverbium in Israël, sumptum ex Levitico, ubi: Homo qui habuerit maculam, non accedet ad ministerium: si fuerit cæcus, si claudus. Cur ita? Quia non rectè graditur, qui vacillans hinc inde in Religionem ingreditur: ita contrarijs inclinationibus, ut gressus rectos nequeat Dd et-

Plin.

2. Reg. 5. 8.  
Lev. 21. 3  
17.  
Qui ingre  
ditur cæc  
& claudus